

QUÆSTIO XIX.

Quare tan pestiferè acclamatur Herodes, ut ejus voces non dicantur hominis, sed Dei?

142. Joseph. Quod etiam describit Josephus lib. 19. Antiquit. cap. 7. dicens: Mox adulatores perniciosi, alii aliunde acclamantes Deum consalutabant, rogantes, ut faveret propitiis, haltenus enim, ut hominem reveritico, nunc agnoscere, & fateri in eo quidam mortali natura excellentius. Tantum potest Adulatorum malitia, ut homines tamquam Dii venerentur.

143. Zach. II. Adulatores Deos fingunt. Mandat Deus Zachariæ Propheta cap. II. n. 15. Sume tibi vasa pastoris stulti, qui nec piè, nec sapienter rem disponat, & gerat, sed stultè, ac ineptè misceat sacra prophanis, tamen cum sit suscitatus pastor in terra, statim acclamatur num. 17. O pastor, & Idolum, & cum sit tam indignus, & inhabilis utpote stultus, veluti Idolum, ac Deus acclamatur; habet ille potestatem, & rerum habenas in republica, à quibus multorum negotia determinantur, inde consequenter ab adulatoribus non ut homo, sed ut Deus veneratur, ac colitur. Lira ibi: Sunt adulatorum idola, quos tamquam Deos colunt, ut per eos valeant promoveri.

144. De Absalon dicitur quod suis blanditiis, ac mēdaciis affectibus Israëlitas avertēbat à Patre suo Davide, & sibi alliciebat, unde ait Textus 2. Reg. 15. n. 6. Sollicitabat corda virorum Israël. Cajetanus ex Hebræo legit: Furatus est Absalon corda virorum Israël, ex eo quod Absalon amorosis affectibus aliorum animos ad se inclinaret furti arguitur merito; nam fur rem alienam à proprio Domino rapit, sicque illam clam sibi appropriat, eodem sane modo Absalon corda filiorum Israël à suo proprio Domino Davide furripiebat, & ad se trahebat. Cajetan. ibi ait: Ad instar furis describitur acquisitio benevoli animi virorum Israël erga ipsum Absalonem, quia verè furti species fuit relative ad Regem Davidem; Clam enim abstulit corda virorum Israël à patre, trahendo illa ad se, hoc est enim furtivè surripere. Eodem pene modo adulator aliena encomia furripit, ut appropriet illi, cui sibi magis placuerit.

Loquens Ossee Propheta cap. 7. num. 11. de Rege Israël, ejusque Magnatibus, quomodo, Diabolo instigante, persuadebant populo, ut debitum honorem Divinum diverterent à vero Deo Creatore Cœli, & darent vitulis aureis, de quibus falsè, & mendaciter multa jactabant, ait Propheta: Operati sunt mendacium, & fur ingressus est spoliatis, & latrunculus foris. Negotiatores tantæ iniquitatis, qui seducentes populum multa inania de vitulis publicabant; erat fur ingressus diabolus in corda eorum, & Hieroboam latrunculus de foris, multa externis verbis dicens, sed cur diabolus, & Hieroboam in præsentī eventu appellantur fur, & latro? Merito sane quia honorem debitum Deo furati sunt, ut Bruto animali deferrent Rupertus ibi: Mendacium suū operati dicendo de vitulis, qui utique non erant Dii. Isti sunt dii tui Israël, qui te eduxerunt de terra Egypti, Pulchrè ergo dictū est, Fur ingressus est spoliatis, scilicet Diabolus furtim animas devorans, & latrunculus foris, videlicet Hieroboam latro visibilis, qui foris, id est, extra partem domini peccare faciens Israël, grande latrocinium fecit.

145. Ofsez. 7. Adulatores latrones aliorum laudum. Latrones aliorum laudum.

QUÆSTIO XX.

Quare Angelus tam crudeli plaga percussit Herodem?

146. Lorin. Quisnam esset iste Angelus? Lorinus existimat fuisse Angelum malum, tamen videtur, quod fuerit Angelus bonus, ut exequutor divinæ justitiæ; Ita Estius existimat, quod fuerit Angelus Custos Herodis, qui ex ejus Custode factus est ejus persecutor, ac exterminator; sicut ille Angelus Custos, & præses populi Israelitici in deserto, de quo dicitur Exod. 23. n. 20. Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedet te, & c. Audi vocem ejus, quia non dimittet cum peccaveris: Quia sicut est Custos in via, sic erit vindex peccatorum. Ita Joannes de Lahay, Estius, Cornelius, & alii.

147. Crudele tormentum. Percussit eum Angelus Domini. Immissio dolore vehementissimo in ejus viscera simulque putredine cum intolerabili fetore in carnes, ex quibus vermes prodibant, qui eum vivum corrodēbant, & dilacerabant, quam pœnam hæreditavit ab Avō suo, Herode Afcalonita qui infantes occidit, quia pediculis interiit. Addit Josephus, lib. 17. cap. 11. Antiquit. bubonem visum fuisse super caput Herodis velut prænuntium tantæ calamitatis, Oecumenius asserit pro bubone fuisse Angelum. modo super eum tam durum, & acerbum supplicium venit ob magna, & horribilia crimina ab ipso perpetrata, Jacobū Apostolum occidit, Petrum incarceravit, crudelissima, ac insanabili ira, & furore Christianos persequēbatur, modo tāta superbia inflatur regali purpura auro fulgente indutus, & populo voces illius, ut voces Dei acclamante, se tamquam Deum reputans, in se ipsum divinam Iram concitavit.

149. Zach. 3. Superba vestis in teritum, humilis defensio. primo cōpone modo Iesum magnum Sacerdotē in sordido habitu cum Herode Regali purpura exornato de illo dicitur Zachar. 3. n. 5. Ostendit mihi Dominus Iesum Sacerdotem magnum stantem coram Angelo Domini, & Satan stans à dextris ejus, ut adversaretur ei. Et Iesus erat indutus vestibus sordidis. Ecce Iesus Sacerdos habet in sui tutelam Angelum defensorem contra hostiles incurfus Satanæ; at Herodes inde faustas populi acclamationes traxit Angelum ad sui interitū. Unde tanta rei differentia. Vestis humilis, & sordida sollicitavit ad magni Sacerdotis defensionem Angelum; at vero Regius cultus auro resplendens provocavit furorem Angeli ad lethale vulnus. Petrus Damian. lib. 6. epist. 14. ait: Herodes dum indutus veste Regia conspicuus cernitur, dum ei Dei voces habere non hominis acclamatur, protinus ab Angelo feriente percuitur, & c. Sic nimirū, sic divino dignus est iudicio deijci, qui coram oculis hominum, de nitore cultoris habitus ambit arroganter extollit.

150. D. Hier. Judith. 10. In sordido habitu decruentam dexteram recognosco caput Holofernis de vincit. Quod optimè confirmat D. Hieronymus epist. 1. ad Furian & inquit: Legimus Judith viduam confectam jejuniis, & habitu lugubri sordidatam, qua non lugebat mortuum virum, sed squalore corporis sponsi quarebat adventum. Video armatam gladio manum decruentam dexteram recognosco caput Holofernis de vincit. mediis hostibus reportatum, vincit viros femina, & castitas truncat libidinem, habitu repente mutato, & victrices sordes, edit omnibus saculi cultibus illustri Judith. sordido, & lubrico habitu, non tam pro mortuo viro, sed & cum illa novum sponsum quereret Deum Judit 10. num. 3. Illustri conatu Holofernis caput amputavit, inimicos devicit, & de libidine

libidine triumphavit, & ideo suas victrices sordes reassumpfit.

151. D. Chryso. Vana gloria super omnia scelera ad se trahit divinam iram. Secundo D. Chryso. homil. 27. ponderans Herodem tam dira pœna percussum ab Angelo, ait Vide quando Apostolum occidit, nihil tale fiebat. Multa, & gravissima scelera perpetratus est Herodes, Iacobum occidit, Petrum incarceravit, innumerisque Christianos trucidavit, numquam tale passus, nec contra eum Angelus de Cœlo descendit, nec elementa corruptione, ac vermibus confurgunt, & inter tot facilegia scelera ei parcunt, una tamen vana gloria ostentario omnia conglomerato agmine ad illius exterminationem, & exitium convocat. Deus dissipavit ossa eorum, qui hominibus placent.

152. Baccæ. Daniel. 4. Vni vana gloria, statim pœna. In hujus rei confirmationem præclare ponderat Sapientissimus M. Didacus de Baccæ tom. 2 in Evang. lib. 9. cap. 1. § 11. id quod habetur Daniel 4. num. 26. Post finem mensum duodecim in aula Babylonis deambulabat. Responditque Rex, & ait Nonne hæc est Babylon magna, quam ego edificavi in domum regis in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Cum sermo adhuc esset in ore Regis vox de Cœlo ruit. Tibi dicitur Nabuchodonosor Rex regnum tuum transibit à te. Dignum peccatione, quando vasa aurea templi prophanis manibus pertractat, quando statuas suam adorandam erigit, quando tres pueros innocentes inter flamas conjici jubet, inter tot, tantaque scelera nihil patitur, cum vero quædam vanitatis gloria prodit statim Cum sermo adhuc esset in ore Regis vox de Cœlo ruit. Cum tot scelera, & peccata prætereant, tamen hæc una vana gloria, qua homo super se extollitur, omnia supplicia in se fulminat, advocat, atque attrahit. Vide supra cap. 10. q. 22. n. 172. 173. 174.

QUÆSTIO XXI.

Quare tam crudeli, ac extraordinario supplicio perit Herodes?

153. Sup. rias ad inst. mem. vilitatem. Herodes magnifica indutus veste, populo acclamante voces illius non hominis, sed Dei esse. multa superbia elatus, præsumens de se esse aliquid supra hominem, alto Dei iudicio deprimitur, ac in extremam vilitatem demergitur, & abjectionem patitur, fetore nempe, carne putrida vermibus corrodentibus, acutissimisque doloribus & horribili bubone in capite apparente.

154. Thren. 4. Syriac. De Principibus, ac Magnatibus Israël in captivitate dicitur Thren. 4. num. 5. Qui nutriebatur in croceis, amplexati sunt stercorea. Syriac. Qui nutriti sunt super croceos, ecce dormiunt in sterquiliniis Croceus erat genus vestimentorum regale rubrum ac coccineum, quo inservientes Deo utebantur, & pro magnis deliciis habebatur, at vero cum tanto bono abuterentur, multis, & magnis peccatis ad extremam vilitatem devenerunt; ut inservirent in sterquiliniis, portantes stercorea fuorum dominorum ut ponderat D. August. in Psalm 80. D. Nilus in Alctico, & ait. Qui in croceis educati sumus, nos stercore coinguinamus: Cum enim in splendidis ac præclaris cogitationibus versamur in croceis nutrimur, Cum autem hæc missa vivendi ratione terrenis negotiis involvimur stercore nos operimus Qui celestibus omnibus impleantur terrestribus in stercore versantur, stercoreque operiuntur.

155. Levit. II. Prohibitum erat lege Levitic. 11. num. 26. Animal, quod ambulat super manus ex cunctis animan-

tibus, que incedunt quadrupedia, immundum erit. et qualenam crimen est in animalibus super manus suas degere, quod severa immunditæ pœna mul- tatur; Nullum in bruto animali peccatum, utpote quod illius est incapax: sed ibi denotatur homo cum sua inani confidentia, qui vero Deo contempto, multū in operibus manuum suarum confisus præsumit se digito posse Cœlum pertingere, in omne fœdum, & immundum præcipitatur, ut ab omnibus rejiciatur. D. Nilus citatus ait. Cur a Deo deficientes spem brachii firmamus, Dominique providentiam manibus nostris adscribimus. Hæc enigmate lex designat quod manibus, inquit, incedit, immundum est. Manibus incedit, qui manibus nititur, quique spem in illis omnem suam habet.

QUÆSTIO XXII.

Quare solus Herodes tam rigide punitur, & non etiam illi qui applaudentes dicebant illius voces non esse hominis, sed Dei?

156. Oecum. Auditis faustis acclamationibus grandi sup- plio punitur Herodes, cum tamen, ut notat Oecumenius, nihil tale ipse dixerit, sed tantum acquievit, & percuncto animo acceptavit, dum acclamarentur voces Dei, non hominis, & num- quid talia blasphemio ore profertentes, impuniti remanebunt?

157. Oecum. Respondet Oecumenius ibi, verum quare non etiam assentatores puniuntur? Utrique sanè supplicio digni erant, verum cum nondum tempus sit iudicii, is punitur, qui maxime obnoxius est crimini. Esti omnes valde promerentur dignam suorum delictorum pœnam, tamen herodis scelera tam ob præsentem vanitatem, quam ob multa, quæ contra Apostolos perpetravit, facinora, ad cumulum devenerunt, ut divinam Iram concitaverint; at quoad aliorum peccata adhuc non erat iudicii tempus, sed citò veniet, & non tardabit. Adhuc non sunt completa iniquitates Amorrhæorum. Genes. 15. Gen. 15. num 16.

158. Itai. 5. Ait Itaias cap. 5. num. 25. Ideo iratus est furor Domini in populum suum, & extendit manum suam super eum, & percussit eum, & conturbati sunt montes, & facta sunt morticina eorum, quasi sterces in medio platearum. In iis omnibus non est adversus furor ejus, sed adhuc manus extensa. Exarsit furor domini in populum suum ob illorum peccata conturbati sunt montes, ut exponit Arias Montanus, Arias. Principes, Duces, ac Magnates tam rigido, ac horrendo supplicio, & facta sunt morticina eorum, nempe cadavera putrida, & foetida, ut sterctus, sed quievit ibi ira Domini. Sed adhuc manus extensa ad nova supplicia inferenda, atque ad alios castigandos. Interlinealis, Adhuc extensa sunt alios percussura. Lira, Extensa ad puniendam abominabilem populi secundum tempus quo placuerit iustitia Divina.

159. Exod. 14. Taliis dicitur exitus. Sequebantur isti miseri applaudentes Herodem illius similem exitum invenient, cum devenissent Israël ad mare rubrum, & simul Pharao cum suo exercitu varia exitit utriusque fors, & dissimilis ut scribitur Exod. 14. num. 28. Reversa sunt aquæ, & operuerunt currus, & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui insequentes ingressi fuerant mare, nec unus quidem supervisus ex eis. Filii autem Israël perrexerunt per medium sicci maris, & aqua eis erant quasi pro muro. Unde tanta differentia, cur sequatur



sequatur pharaonem Aegyptiacus exercitus, Israel Deum in columna nubis. Non ergo mirum, quod Pharaonis perditio universos, secum involverit sectatores, & divina protectio in secutum, ac tamen ducat Israel. Origenes in homil. 16. in Exod. ait: Qui Aegyptius est, & sequitur Pharaonem, ille viriorum fluctibus mergitur, qui vero sequitur Christum, aqua ei murus sunt, ipse autem in media via insequitur per sicum. Ex ductore, quem habes, ad talem exitum devenies.



CAPUT XIII.

- 1. Erant autem in Ecclesia, qua erat Antiochia, propheta, & Doctores, in quibus Barnabas, & Simon, qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Manabem, qui erat Herodis Tetrarchae collactaneus, & Saulus.
2. Ministrantibus autem illis Domino, & jejunantibus: dixit illis Spiritus Sanctus, Segregate mihi Saulum, & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos.
3. Tunc jejunantes; & orantes, imponentesque eis manus dimiserunt illos.
4. Et ipsi quidem missi a Spiritu Sancto abierunt Seleuciam, & inde navigaverunt Cyprum.
5. Et cum venissent Salaminam, predicabant Verbum Dei in Synagogis Judaeorum; Habebant autem, & Joannem in ministerio.
6. Et cum perambulassent universam Insulam usque Paphum, invenerunt quemdam virum Magum pseudopropheta, Judaeum, cui nomen erat Bariesu.
7. Qui erat cum Proconsule Sergio Paulo viro prudente. Hic accersitis Barnaba, & Saulo, desiderabat audire Verbum Dei.
8. Resistebat autem illis Elymas magus, (sic enim interpretatur nomen ejus) quarens avertere Proconsulem a fide.
9. Saulus autem, qui & Paulus, repletus Spiritu sancto intuens in eum.
10. Dixit, O plene omni dolo & omni fallacia filii diaboli, inimice omnis justitiae, non desinis subvertere vias Domini rectas.
11. Et nunc ecce manus Domini super te, & eris caecus non videntem solem usque ad tempus. Et confestim cecidit in eum caligo, & tenebra, & circumiens querebat, qui ei manum daret.
12. Tunc proconsul cum vidisset factum, credidit admirans super doctrina Domini.
13. Et cum a Papho navigassent Paulus, & qui cum eo erant, venerunt Pergem Pamphilia, Joannes autem descendens ab eis reversus est Jerusalem.
14. Illi vero pertransientes Pergem, venerunt Antiochiam Pisdia, & ingressi Synagogam die Sabbathorum sederunt.
15. Post lectionem autem legis, & prophetarum miserunt Principes Synagoga ad eo dicentes, Viri fratres, si quis est in vobis sermo exhortationis ad plebem dicite.
16. Surgens autem Paulus, & manu silentium indicans ait, Viri Israelitae, & qui timeis Deum, audite.
17. Deus plebis Israel elegit Patres nostros, & plebem exaltavit, cum essem Incola in terra Aegypti, & in Brachio excelso eduxit eos ex ea.

- 18. Et per quadraginta annorum tempus mores eorum sustinuit in deserto.
19. Et destruens gentes septem in terra Chanaan, sorte distribuit eis terram eorum.
20. Quasi post quadringentos, & quinquaginta annos, & post haec dedit Judaeis usque ad Samuel Prophetam.
21. Et exinde postulerunt Regem, & dedit illis Deus Saul filium Cis, virum de tribu Benjamin annis quadraginta.
22. Et amoro illo suscitavit illis David Regem, cui testimonium perhibens dixit, Inveni David filium Jesse, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.
23. Hujus Deus ex semine secundum, promissionem, eduxit Israel Salvatorem Jesum.
24. Pradicante Joanne ante faciem adventus ejus baptismum poenitentiae omni populo Israel.
25. Cum impleret autem Joannes cursum suum, dicebat; Quem me arbitramini esse, non sum ego, sed ecce venit post me, cujus non sum dignus calcamenta pedum solvere.
26. Viri fratres filii generis Abraham, & qui in vobis timeant Deum, vobis verbum salutis hujus missum est.
27. Qui enim habitabant Jerusalem, & Principes ejus, hunc ignorantes, & voces Prophetarum, qua per omne Sabbathum leguntur, judicantes impleverunt.
28. Et nullam causam mortis invenientes in eo, petierunt a Pilato ut interficerent eum.
29. Cumque consummissent omnia; qua de eo scripta erant, deponentes eum de ligno posuerunt eum in monumento.
30. Deus vero suscitavit eum a mortuis tertia die qui visus est per dies multos his.
31. Qui simul ascenderant cum eo de Galilaea in Jerusalem, qui usque nunc sunt testes ejus ad plebem.
32. Et nos vobis annuntiamus eam, qua ad Patres nostros repromissio facta est.
33. Quoniam hanc Deus adimplevit filiis nostris resuscitans Jesum, sicut & in Psalmo secundo scriptum est, Filius meus es tu, ego hodie genui te.
34. Quod autem suscitavit eum a mortuis, amplius jam non reversurum in corruptionem, ita dixit Quia dabo vobis sancta David fidelia.
35. Idoque, & alia dicit Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.
36. David in sua generatione cum administrasset voluntati Dei dormivit, & appositus est ad patres suos, & vidit corruptionem.
37. Quem vero Deus suscitavit a mortuis, non vidit corruptionem.
38. Notum igitur sit vobis viri fratres, quia per hunc vobis remissio peccatorum annuntiat, & ab omnibus, quibus non potestis in Lege Moysi justificari.
39. In hoc omnis, qui credit justificatur.
40. Videte ergo ne superveniat vobis, quod dictum est in Prophetis.
41. Videte contemptores, & admiramini, & disperdimini, quia opus operor ego in diebus vestris, opus, quod non credetis, si quis enarraverit vobis.
42. Exeuntibus autem illis rogabant, ut sequenti Sabbatho loquerentur sibi verba haec.
43. Cumque dimissa esset Synagoga, secuti sunt multi Judaeorum, & colentium advenarum Paulum, & Barnabam, qui loquentes suadebant

- bant eis ut permanerent in gratia Dei.
44. Sequenti vero Sabbatho penè universa civitas, convenit audire Verbum Dei.
45. Videntes autem turbas Judaei, repleti sunt zelo, & contradicebant his qua a Paulo dicebantur, blasphemantes.
46. Tunc constanter Paulus, & Barnabas dixerunt, Vobis oportebat primum loqui Verbum Dei, sed quoniam repelliis illud, & indignos vos iudicatis aeterna vitae, ecce convertimur ad gentes.
47. Sic enim praecepit Dominus, Posui te in lucem gentium, ut sis in salutem usque ad extremam terram.

- 48. Audientes autem gentes gavise sunt, & glorificabant Verbum Domini, & crediderunt quot quot erant praordinati ad vitam aeternam.
49. Diffeminabitur autem Verbum Domini per universam regionem.
50. Judaei autem concitaverunt mulieres religiosas, & honestas, & primos civitatis, & excitaverunt persecutionem in Paulum & Barnabam, & ejecerunt eos de finibus suis.
51. At illi excusso pulvere pedum in eos, venerunt Iconium.
52. Discipuli quoque replebantur gaudio, & Spiritu sancto.



ARGUMENTUM.

Saulus, & Barnabas Ierosolymis suo elemosynarum ministerio confecto revertuntur ad Antiochiam, inde Spiritus Sancti imperio mittuntur ad praedicandum gentibus, Saulus in Cypro ad finem adduxit Sergium Paulum Proconsulem, Elymam Magum excavit. Ipse deinde cum Barnaba abeunt Pergem Pamphiliae, & Antiochiam Pisdia, a Judaeis e Synagoga expulsi, excusso pulvere pedum, ad praedicandum gentibus pergunt.

Act. 13. n. 1. Erant autem in Ecclesia quae erat Antiochia Prophetae, & Doctores, in quibus Barnabas, & Simon qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Manabem, qui erat Herodis Tetrarchae Collactaneus.
Num. 2. Ministrantibus autem illis Domino & jejunantibus dixit illis Spiritus Sanctus, segregate mihi Saulum, & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos.

Barnabas, qui dicebatur Joseph, Levites, Cyprus qui habebat agrum, & vendidit, & pretium attulit, & posuit ad pedes Apostolorum, & ob suam magnam virtutem ei nomen Barnabae impositum est, id est filius consolationis, ut patet supra Act. 4. n. 36. 37. vide ibi dicta.
Simon Niger ad distinctionem Simonis Petri dicitur Niger a colore atro, ait Glossa Ordinaria sic ut a flavo appellabatur flavii, ab albo, Albini. à Rufo apud Romanos Ruffini.
Lucius Cyrenensis, qui Cyrenae fuit Episcopus ut de eo scribunt Beda, Ufuardus. Ado, & inter sanctos eum scribit Martyrologium Romanum die 6. Maii.

CUM EXPOSITIONE I.

1. Vers. 1. Cum cognovissent fideles, ut patet ex c. 11. n. 9. pronuntiante Agabo, magnam futuram famem ex Antiochia per Saulum, & Barnabam miserunt subsidium elemosynarum ad fratres in Jerusalem, quo munere expleto reversi sunt in Antiochiam, in qua erant Prophetae, quae futura praedicebant, & Doctores, qui fidem explicabant, & docebant, ita Lyranus.
Vers. 2. Tunc illi jejunantibus, ad omne magnum opus praemittendum est jejunium, & ex hoc loco Ecclesia ante tempora ordinationum instituit jejunia. Dixit Spiritus Sanctus, per internam inspirationem, Segregate mihi Syrus, Secernite mihi & subdit Textus, Imponentes illis manus, de quo quaestione prima, ac de nominibus in his verbis contentis.

QUESTIO I.

De nominibus contentis in quinque prioribus versibus.

Primum Antiochia ab Antiochis Alexandri Magni successoribus, aedificata, extructa, & gubernata, ab eis nomen accepit, sicut & grecum Idio ma, quamvis proprium haberet, scilicet Syrum, utpote Syriae Metropolis illustrissima.

Manabem, de quo sic habet Martyrologium Romanum. 24. Maii. Antiochia S. Manabem Herodis Tetrarchae Collactanei, Doctoris, & Prophetae sub gratia novi Testamenti in eadem urbe persecutis. De eoque agunt eadem die Beda, Ufuardus, Ado, & Petrus de Nata lib. 5. cap. 35. Dicitur Herodis, nempe Antipae, qui fuit filius Herodis Acalonitae, & patrus herodis Agrippae, de quo fit mentio supra cap. 12. n. 1. hic Herodes Antipas per irrisionem Christum veste alba induit, & Joannem Baptistam occidit.
Dicitur Collactaneus herodis, id est lactatus lacte quidem nutricis, ex quo colligitur Lorus, Cornelius Estius, Menochius Manabem fuisse virum insignem ac illustrem, utpote collactaneum Herodis regis. Sed multa virtute illustratus; nam Theophylactus pro collactaneus legit Educatus, qui cum esset nutritus eodem lacte, & educatus eadem pueritia ac magisterio, nil participavit, ac gustavit de malitia, ac nequitia herodis, sed ab illa omnino purum & integrum se servavit, ut Propheta, ac doni doctor fieret, ut observat theophylactus ibi. Prater hos Manabem qui erat cum Herode educatus, ecce tibi mores uniuscujusque nona pueris & educatio servos facit. Vide enim, ut Herodes quidem pessimus fuerit, Manabem, qui una cum eo educatus fuerat, tantum ab illo mutatus ut etiam minus propheta consecutus sit.
Tres illi sancti pueri mittuntur in fornacem Babylonis ignis ardentis, et si multi sancti operante Divina omnipotentia liberati sunt ab igne, multo excellentio